

I. N. D. O. M.

*Dissertatio Academica,*

*Causas Discessus Reginae Viduae,*

*MARIAE ELEONORAE,*

*e Suecia,*

*breviter proponens,*

---

Quam

*Conf. Ampl. Fac. Phil. in Regia Acad. Aboënsi,*

Præside

*Mag. JOHANNÉ BILMARK,*

*Histor. ac Phil. Pract. Prof. Reg. & Ordin.*

Pro Gradu Philosophico

*Publicæ disquisitioni subjicit*

*JACOBUS MARSHELL,*

*Sudermannus,*

*In Auditorio Majori die XXVII Maji MDCCXCV,*

H. A. M. S.

---

*ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.*

I N T O M

Blind's Address;

Office of the ...

...

...

...

O m

...

...

...

...

...

...

JACOBUS MARRCHIA

...

...

In A M S

...

*Krono-Befälningssmannen*

*öfver*

Öster- och Vester-Rekarne Hårad,

I Södermanlands Lån,

*Ådel och Högaktad,*

*Herr JONAS THUNBERG,*

Min Högtårade Svåger,

*B*land lifvets ädlaste rörelser är ostridigt et välgörande hjerta. — At det altid har framlyst uti min Svågers gunstiga bemödande at i Sin verkningskrets kunna bidraga til mitt och mina Syskons väl, får jag i dag vid tilägnet af närvarande lärdoms prof med förnyade tacksambets betygelser inför Allmänheten erkänna. — Mätte det deremot blifva min Svågers värdiga belöning, at få tälja så många och sålla lefnads dagar, som en dödelig någonsin kan upnä! — Världigare tacksambets offer än detta äger jag icke; men i egenskap af et nytt ämne för min Svågers Ädelmod är det i min tanka värdigt nog, om det af min Svåger uttydes, som et vedermåle af den skyldiga bögaktning, hvarmed jag framhärdar at vara

Min Högtårade Svågers

*ödmjuka tjänare*

JACOB MARSCHELL.

*Handelsmannen i Stapelstaden Åbo,  
Ådel och Högaktad,  
Herr JOHAN HJELMERUS,  
samt  
Dygådla Fru,  
MARGARETA HJELMERUS,  
Född LEVIN.*

*Alt ifrån första stund den lyckan vederfors mig, at ombetros EDRA yngre Söners handledning på dygdens och vetenskapernas väg, har jag utaf EDERT Adelmögiga bemötande hämtat nya anledningar til en oinkränkt erkänsla och högaktning för EDRA Personer. Tillåten då, at jag nu offenteligen får i all ödmjukhet förnya dem båda vid tillägnet af desja blad, med försäkran, at det altid skal vara mitt hjertas vållust, at önska EDER en oafbruten hällhet til livets sednaste afton.*

*Med all Högaktning här från framvärda*

*Min Herres och Frus*

*Ödmjuka tjänare  
JACOB MARSCHELL.*



## PRÆFATIO.

**E**am esse vitæ humanæ conditionem, ut multis variisque mortales jactentur vicissitudinibus, a quibus vel per munerum eminentiam nonnullis haud esse cautum, Historia, testis illa temporum, affatim docet. Quocirca statim observamus, quod qui res non obiter considerant, mutationum harum scenæ præficere soleant fortunam, quo nomine Ethnici Scriptores fatum inevitabile, Christiani autem, saniora edociti, Providentiam Divinam designant. Sicuti vero per fatum modo memoratum actiones humanæ necessitati Physicæ subjiciuntur; ita, eo admisso, actionum nostrarum moralitas tollitur, culpaque malarum actionum in Deum O. M. redundat; quo nihil cogitari potest ineptius. Ex adverso licet specialem Dei providentiam respectu hominum cernui veneremur, in animum tamen inducere non possumus, ut credamus, hanc Dei operationem se semper habere ad instar causæ efficientis, & homines ad quaslibet actiones sollicitantis, persuasi, quod ea præcipue se manifestet directione actionum ad certum finem, suæ magis sapientiæ, quam intentioni agentis convenientem. Indidit

A

enim



enim Deus animis nostris rationem, qua non solum moralitatem actionum nostrarum perspicere, sed ad veræ etiam felicitatis fruitionem pervenire possumus; haud raro tamen contingit, ut homines, sepositis ductricis illius dictaminibus, imaginationis atque sensuum lenocinia sequantur, de grato quodam sine sibi proposito tantum solliciti. Quod quum pluribus ex Historia petitis exemplis posset probari, unico eodemque admodum illustri in præsentem erimus contenti, quod expendendum nobis suppeditat inopinatus Sueciæ Reginæ, gl. m. **MARIÆ ELEONORÆ**, ex patria discessus; cujus causas specimine hoc Academico proponere conabimur, mitiorem Benevoli Lectoris censuram qua par est observantia nobis expetentes.

§. I.

Antequam in rem præsentem veniamus, postulat tam instituti, quam dicendorum ratio, ut indolem Reginæ proponamus. Nata erat Princeps **MARIA ELEONORA** An. 1599, Parentibus **JOHANNE SIGISMUNDO**, Electore Brandenburgico, & **ANNA, ALBERTI FRIDERICI**, Ducis Borusiaci, filia (a). Sicut in corpore ejus egregie formando ipsæ Charites occupatæ fuisse videntur; ita & ipsa, pretium suæ pulchritudinis sentiens, nulli pepercit operæ, qua eam augere posset, tempus, capillis ac vestimentis adornandis impensum, omnium optime collocatum existimans. Volvitur interea ætas, & plenis annis nubilem

lem Sueciæ Rex GUSTAVUS ADOLPHUS, inter Principes suæ ætatis venustate eminens, æquus simul formositatis æstimator, quam ignotus antea Berolini viderat, thalami sociam sibi procuravit. Felix conjugium, quo alter conjugum alteri perplacuit, & inter quos una solummodo fuit contentio, quisnam alteri plura & gratiora sinceri amoris documenta quotidie præstaret. Quare etjam Regina, augusto suo orbata conjugē, mollique obsequens animo, dolorem viduitatis, quem impotenter ferebat, alio minuere non potuit modo, quam ut cor Regis, aureæ thecæ inclusum, ad suum suspenderet lectum, & sepulcrum ejus, quavis septimana lacrymarum suarum imbre irroraret, non nisi post pias & iteratas Optimatum atque Sacerdotum rogationes ab hoc superstitioso desistens officio, tandemque permittens, cor illud suo restitui loco; in memoriam tamen cordis adeo dilecti Ordinem Equestrem instituens (b). Licet autem Regi studium conjugis suæ se ornandi non displiceret (c); at tamen quum animadverteret, eam rebus ludicris, quales in plerisque Germaniæ aulis ea tempestate prævaluerant (d), nimis delectari, seriarum vero tractationem tædium ei afferre, eam in consiliorum societatem non admisit, timens, ne sua levitate optima quævis consilia vel proderet vel disturbareret. Hoc sine ægritudinis sensu primum tulit Regina, læta, quod, Rege præsentē, omnium, quotquot aulam frequentarunt Suecanam, frueretur admiratione.

(a) Scripsit *Jacobus GERSCHOVIUS, L. L. Professor Gryphiswaldensis* An. 1647 prolixam Reginae *MARIAE ELEONORAE* Genealogiam, ei traditam, dum Academiam invisit, in qua CXXVI Majores per VI gradus &c. exhibet. (b) Vid. Nob. *Henr. ROSENSTIERNÆ Dissert. de Ordinibus Equestrum in Suecia usu antiquo & hodierno* p. 74 & seq., nec non *ARCKENHOLTZ Memoires de la Reine Christine* Tom. 1. p. 20 & 21. (c) *Le Roi prenoit grand plaisir à la voir parée, & vouloit qu'elle eût soin de sa personne; parce qu'elle étoit belle, & d'une humeur fort douce. Mais comme elle se donnoit toute au personnage de femme, & que les affaires ne chargeoient point tant l'esprit de ce Prince, qu'il s'en entretient dans le domestique; la Reine n'en prenoit point de connoissance.* Vid. *Memoires de CHANUT* Tom. 1. p. 284, 285. (d) *La vie de Christine faite par Elle-meme* Chap. IX.

§. II.

Enimvero Regis *GUSTAVI ADOLPHI* obitum magna Aulæ Suecane infecuta est mutatio, sensimque didicit Regina, splendorem, quo se efferebat, non proprium esse, sed a magno Conjuge mutuatum. Ex tenore enim Decreti Comitialis die 14 Mart. An. 1632 tutelam Reginae minorennis quinque Senatoribus regni, qui supremis in patria muneribus fungebantur, Ordines regni detulerunt, nulla Reginae Viduae facta mentione. Ipsa hinc indignabunda culpam sinistrae suae fortis in regni Senatores, praecipue in *Axellum OXENSTIERNAM* conjiciens, ejusque interventu factum



Etum præsumens, ut in nullam reipublicæ partem vo-  
 caretur, fastidium cum soli Sueciani, tum ipsius Na-  
 tionis cepit. Quo comperto, Reginae CHRISTINÆ  
 Tutores haud consultum duxerunt, ut ipsa in spem  
 imperii Sveciani educanda, Matris suæ consortio fre-  
 quenter uteretur; quo fieri posset, ut animus Princi-  
 pis a rebus, quæ in patria tunc gerebantur, maxime  
 seriis averteretur, & suorum civium studium, sicut  
 Mater fecerat, a se alienaret. His doloribus alia indi-  
 gnationis materia accessit, quod reditus sibi destinati  
 sumtibus faciendis non sufficerent; qui tamen defectus  
 suæ prodigalitati erat adscribendus (a), majori enim,  
 quam ulla ante ipsam Sveciæ Regina, gaudebat dota-  
 litio (b). Seceserat igitur Holmia ad suum dotalitium,  
 in arce Gripsholmensi peculiarem vitæ rationem,  
 paucissimis ministris eisdemque potissimum extraneis,  
 stipata observans, Suecorumque adspectum ægre fe-  
 rens. Animo exulcerato ibidem indulgens, omnes  
 elabendi & in peregrinam terram se recipiendi occa-  
 siones speculabatur, quem in finem a Daniæ Rege  
 CHRISTIANO IV, qui amitam suam in matrimonio  
 habuerat, & quem misis clanculum litteris sollicita-  
 verat, impetravit, ut se ex Suecia discedentem, emis-  
 sisque versus Gothlandiam navibus exceptam, in Da-  
 niam transfretandam curaret. Cunctis ex condito dis-  
 positis, simulatisque solito longioribus, quæ sibi pro-  
 posuerat, jejuniis, ne a moleste sedulis perquireretur,  
 in conclave Gripsholmense, nullo ad se admisso, præ-

ter nobilem virginem, BÜLOW dictam, die 29 Julii 1640 fecesit, insequente nocte in hortum arci subiectum descendens, trajectoque lacu, currui in altera ripa parato insiliens, ad littus maris prope Nycopiam a celoce Danica, quæ eam expectabat, ad triremes Danicas, quæ haud procul aberant, fuit deducta, & præternavigatis Pomeranicis & Megalopolitanis oris, ad Nycopiam Falstriae in terram descendit. Reliquas discessus hujus circumstantias, ab Historicis plene enarratas, silentio præterimus, verbo tantum addentes, Reginam hanc per plures annos quasi errabundam, An. 1649 in Sueciam fuisse reversam, & An. 1655 Holmiæ diem obiisse supremum. Fatemur, hunc Reginæ discessum adeo singularem fuisse, ut eidem geminum prorsus exemplum in Historia vix inveniatur; quid vero non expectandum a Principe, sortem suam adeo impotenter ferente, ut coram aula Danica, Sueciæ Legato etjam præsentate, profiteri non dubitaret, se malle, pane & aqua solum in peregrinis oris frui, quam in Suecia regali more vivere (c). Ex quibus in medium allatis constare arbitramur, primam & genuinam discessus Reginæ causam in ejus animo esse quærendam.

(a) Reginam Viduam, MARIAM ELEONORAM, in itineribus Suecanis duo comitabantur Architecti Italici, & quoties locum, urbi condendæ idoneum, observabant, novi oppidi ichnographiam conficiebant, Reginæque tradebant; quæ pictis imaginibus tamquam

quam exstructis ædificiis delectata, Architectis insignia distribuit præmia. Quam prodigaliter cum quidam reprehendisset, Regina Christina respondit: *Il est nouveau, que l'on se ruine à ne point bâtir; mais si la Reine, ma Mere, veut toujours faire des chateaux en l'air, je ne suis pas resoluë de les lui payer, vid Cheureana Tom. 1. p. 235. (b) Vid. Memoires de Cbamut loc cit. item PUFFENDORFII Commentarios de rebus Suecicis &c. p. m. 342. (c) Vid. Ständernes Betänkande af d. 27 Januar. 1641 in Collectione Stiernmanniana p. 984, 985.*

§. III.

Contigit autem Reginæ MARIÆ ELEONORÆ, quod affectuum suorum lenocinia sequentibus frequenter solet accidere, ut, dum aliis ægre facere student, sibi ipsis pessime consulant. Cognoverat Regina, reditus ex suo in Suecia dotalitio sibi esse ademptos; verens igitur, ne amicis suis, tamquam facti sui vel consciis vel promotoribus, periculum præter meritum immineret, scriptis publicatisque suo nomine ac sigillo litteris culpam discessus omnem in se derivat, aliter procul dubio factura, si in singulari hoc negotio fuisset seducta. Præter rem igitur non erit, nominatum diploma hoc loco adduxisse:

Wir MARIA ELEONORA von Gottes Gnaden, der Schweden, Gothen und Wenden Königin, Groß-Fürstinne in Finlandt, Hertzogin zu Ehesten und Carelen, Frau zu Ingermanland, gebohrne aus Churfurst-



fürstlichen Stamme Brandenburg in Preussen, zu Gülich, Clewe und Berge Hertzogin, Wittibe: Thuen kundt und fügen hiemit männiglich zu wissen: nachdem Wir in Erfahrung kommen, welcher Gestalt unser gewesener HofJuncker in Schweden, Jürge Wilhelm Pogrell wegen unserer Wegreise aus Schweden, und deren beschaffenheit eine schriftliche Aussage und Bekentnus gethan, welche er an unsere Fraulein Tochter. der Königinnen, und dergesambten Regierung nacher Schweden eingeschicket, und darein zuforderst S:r Königl. Maj:t zu Dannemarck, Herrn Graff Waldemaren unt dero Resident Peter Wieben, die Ursach unt schuldt sothaner Unsere angestellten Reise beygemessen haben soll; Als haben Wir der Wahrheit zu steur vor gut angesehen, gemeldten des Pogrells Aussage, weil dieselbe der Wahrheit also nit gemäts, beständigst zu wiederlegen, und zuforderst högstgedachter Seiner Königl. Maj:t zu Dannemarck und Herrn Graff Woldemaren zu entschuldigen, so den dero Resident Peter Wieben, des falls alles Verdachts gnädigst zu befreyen. Wir können und wollen demnach mit Wahrheit bezeugen, das solchs des Pogrells vordangeben gantz und gar der wahrheit zu wieder, den S:r Königl. Maj:t zu Dannemarck uns zum öfftern, so schrift-als mündtlich durch dero Residenten von solcher Unserer Reise haben abrathen lassen, also das Wir zwar nach wohlmeinenden Rath und Guthachten des Königes zu Dannemark wohlzimmer aus Schweden



den kommen wären: Dieweil Wir aber sothane Reise aus erhebenen sondern Ursachen und Motiven Uns dergestalt vorgefetzt, auch bey Uns Selbst also beschloffen, und mit einem Eidschwur bekräftiget gehabt; Als haben Wir solches also ins werckstellen müssen; welches Wir den auch von Uns Selbst und freywillig durch die Unserige Verrichten lasfen, wie Uns denn, das wir solches gethan nit leid ist, auch nimmer leid seyn wird. Es hat auch Herr Graff Woldemar, bey seiner Ankunfft in Schweden nit das geringste wegen solcher Reise gegen uns gedacht, zu dem haben Wir uns gegen Ihm keines weges hievon verlauten lasfen, weder Ihme ichts was zu verstehen gegeben; die Kaste aber so der Resident Peter Wiebe mit des Herr Graffen geräthe fortgeschicket, dieselbe haben wir Ihme, dem Residenten, als des Adam Henrich Pentzens recommendiret. Dafs nun Pogrell mergedachten Peter Wieben dermassen (jedoch ungegründeter Wahrheit) angeben will, geschiehet unsers erachtens aus keinen andere Ursachen, als das er, der Pogrell, nur sich und seinen Anhang damit purgiren, und alles verdachts entheben, dahingegen aber Peter Wieben (zu dem die Schweden so leichtlich kein anspruch haben können) die schuld alleine aufbürden möge. Wollen demnach hiemit und in kraft dieses oftgedachten Residenten Peter Wieben, wegen sothanan beymesfens und ungleichen Verdachts bestermassen, und mit diesen Unseren Königl. wahren Worten

vor männiglich excusirt und entschuldigt, hingegen aber Uns und Unseren eigenen Motiven solches alles zu zumessen haben, und damit dieser Unserer Aussage und Gezeugnis vollkommen glauben von männiglich gegeben würden möge, haben Wir selbige mit Unseren Königl. Secret bekräftigen, und Peter Wieben aus Freywilligen Gemuth seine Unschuld auff alle begebende fälle dergestalt damit zu defendiren, unter Unserer eigene handt gnädigst ertheilen wolten: So geschehen und gegeben in Coppenhagen d. 3 Junii A:o 1643 (a).

MARIA ELEONORA.

(L. S.)

(a) Citat hanc epistolam Cel. *ARCKENHOLTZ* *libr. 8<sup>o</sup> Tom. nominat. p. 62*, indicans, se ex Bibliotheca Comitum OXENSTJERNA eam obtinuisse; præsumit tamen, Reginam non sua sponte, sed necessitate compulsam has edidisse litteras. Nos copiam hujus epistolæ inter aliqua, quæ ad nos pervenerunt, documenta invenimus, ejusque margini est adscriptum: Copie tirée d'un Volume Manusc. de M. M.

§. IV.

Præter causas vero discessus Reginae Viduæ, *MARIÆ ELEONORÆ*, e Suecia, a nobis §. II. indicatas, & Reginae litteris §. III. confirmatas, nonnulli argutantur, connubiale etjam fædus itineri huic occasionem præbuisse. Occurrit certe Epistola die 2 Angu-



Augusti An. 1640, lingua Germanica scripta, cujus Auctor, quisquis ille sit, perhibet, Reginam ex arce Gripholmenſi diſcedentem, a pictore Danico, qui in ſua aliquamdiu fuerat aula, eſſe comitatam, atque in itinere ſeiſcitantibus dixiſſe, ſe civis Nycopenſis filiam, pictorem autem eſſe mercatorem Danicum, ſequē huic deſponſatam, parentibus vero in eorum matrimonium non conſentientibus, ſibi aliam non ſuppeterē rationem, legitimum contrahendi matrimonium, quam ſi in peregrinam ſe conferrent terram; additque quod pictor Reginam, caſum ſuum graviter deplorantem, his ſolari conatus fuerit verbis: *Min feſtmō grōt inte de bliſwer alt gott, geſür eder til fredſ*, id eſt: Ne lacrymare, ſponſa mea, prospere cuncta ſuccedent; bono igitur eſto animo (a). Nec a ſimili opinione, conjugio tamen tanta Regina digno, prorfus alienus fuit Comes d'Avaux, ceu patet ex epiſtola, qua diſceſſum Reginae e Suecia Ducis Subaudiae Conjugi narrat, indicans, Reginam & Regem Daniæ propiorē conjunctionem utrinque exoptaſſe, eorumque deſiderium feminæ prudentis miniſterio fuiſſe promotum (b). Puſendorſius autem opinatur, Regem Daniæ ideo Reginam Sueciæ in ſuum regnum recepiffe, ut huius ope filio FRIDERICO Reginam CHRISTIANAM in thalami ſociam procuraret (c). Niſi autem omnia nos fallunt, hæ opiniones parum ſibi conſtant. Demus enim juxta primum caſum, Reginam & huius comitem aſſumſiſſe ſponſæ ac ſponſi titulum in itinere,



re; quisque animadvertit, quod perquisitoribus facum ita facere voluerint, ut facilius evaderent, & aliud sentientem, memoriæ hujus Principis, cum ob alias virtutes, tum ob pietatem in Deum inclytæ, gravissimam affingere maculam. De altero casu ita censet Cel. ARCKENHOLTZ: *Par ce que nous avons dit, & que nous dirons encore de cette évacion de la Reine Mere on jugera, que le recit qu' en fait le P. Bougeant après le Comte d' Avaux a tout l'air d'un Roman dementi par les bons Historiens de ce tems-la.* (d) Quisquis denique perpenderit, quam parum & apud Reginam Christianam & hujus Tutores Regina Vidua valuerit, & quod Daniæ Rex hoc sibi habuerit perspectissimum; dubitare nequit, quin tertia præsumtio sit omnino vana.

(a) *Epistolam hanc Descriptioni Saxonie a Cel. APPEL-  
BLAD consignatæ insertam lege pag. 47 seq.* (b) Vid. *P. BOUGEANT L'Histoire des guerres & des nego-  
tiations, qui précéderent le Traité de Westphalie Tom.  
I. p. 433 & 434.* (c) Vid. *Histor. de rebus Bran-  
denburgicis Libr. I. §. 37.* (d) Vid. *Libr. & Tom su-  
pra citat. p. 61.*

### §. V.

Nostratium vero Historicorum plerique culpam discesus Reginæ Viduæ e Suecia in Danos ea asseveratione conjiciunt, quasi secretissima quoque horum molimina sibi habuissent perspecta. Concedunt quidem, Reginam in Suecos indignationem pridem conce-



concepisse, hanc vero per Danos magnopere fuisse  
 auctam. Sic PUFENDORFIUS, memorabili isto  
 casu non multum posterior: *Accesserunt, inquit, secreta cum Danis colloquia, quibus consciis, si non instigantibus, consilium e Suecia profugiendi, conceperat. Sane præfectus ipsius aulae Pensius a Danis pendebat; Petrus Wibius velut consiliarium ejus agebat, quem Gripsholmiam arcesitum magnifice excipiebat. Fuerat quoque Woldemarus Comes in Suecia, obtentu videndi fodinas cupri, revera ut secreta consilia cum ea misceret. Et paucis interjectis: Mox cognitum, apud Danicæ Principem Nicopiæ in Falstria Reginam agere; Suecis quam maxime exarcerbatis, ista a Danò in sui contemptum structa, aliis mirantibus, ab hoc admissum, quod immensum offenderet, offensis nihil damni inferret. (a). Contra ea Danici Scriptores contendunt, Regem CHRISTIANUM sola humanitate commotum, Reginæ desideratum in suis terris asylum præbuisse (b), vel ut verbis ad eorum mentem utar Cel. ARCKENHOLTZ; qui il ne pouroit pas s' empêcher de le faire, en étant sollicité par une Reine en detresse, qui avoit dit dans sa lettre à M:r Wiebe, Resident de Dannemark à la Cour de Suede, qu' elle, qui avoit été peu auparavant la defense & le refuge de tout le monde, se trouvoit réduite à vivre de la grace d'autrui. Quo circa autem hic Auctor observat: qui ne voit que tout cela n'est dit qui pour colorer une mauvaise cause, en voulant repondre au Manifeste de la guerre que la Suede declara au Dannemark l'*

*An. 1644, le quel porte à l' article, où il est parlé de cet événement, que la Suede la regarde comme un affront fait à la mémoire de Gustave le Grand & comme contraire au respect dû à la Reine sa fille, à l' illustre Corps du Senat du Royaume & à toute la Maison de Brandebourg* (b). Historicis in hoc argumento a se ita dissentientibus, liceat nobis, de moralitate hujus facti nostram proponere sententiam, quam speramus, neminem offensuram, animis utrinque post sesquiseculi spatium magis compositis. Negari quidem non potest, Danos quosdam in consilium discessus sui a Regina, Suecis fidem non habente, fuisse admisos; unde tamen non sequitur, Danos, simplicitati Reginae quasi imminentes, ei auctores fuisse, ut e Suecia evaderet, quamvis hoc crederent Sueci, tam propter hoc, quam alias graviores causas Danis An. 1644 bellum sollemni modo indicentes (c). Enimvero quum Daniæ Rex pro ea, qua valuit, prudentia prævideret, se, si Reginae consilium e Suecia evadendi daret, sibi suoque regno plura mala citius serius acceleraturum, satisque perspexerit, Regnam profugam, redditibus suis in Suecia amissis, Danicis sumptibus in posterum victuram; omni caret verisimilitudine, Regem CHRISTIANUM IV Reginae auctorem fuisse, ut in Daniam, insciis & ingratis Suecis, se reciperet. Regina quoque ipsa in litteris §. III allatis fatetur, Daniæ Regem disuasisse suum ex Suecia discessum; cujus ingenuæ confessioni plus, quam Scriptorum præsumtionibus erit tribuen-

buendum. Forte quis opinetur, Regem, nisi Reginae moliminis auctorem, propositum hujus Suecis, propter communem vicinarum Nationum salutem, detegere debuisse; hoc autem faciendi nulla aderat obligatio, quin potius in amicitiae leges ita peccasset, conditionem Reginae, ab ipsa duram haecenus habitam, suo indicio reddens in posterum non meliorem. Frustra etiam quis praesumeret, Christianum IV, Reginae evadenti operam & naves praebentem, id solum intendisse, ut Suecis hoc stratagemale aegre faceret: quum satis praevideret, se sibi majorem, quam Suecis jacturam ita fore acceleraturum. Novimus quidem, inter causas belli, quod Sueci Danis An. 1644 indixerunt, etiam referri, quod Dani secretis Reginae moliminibus interfuisent ejusque discessum promovissent, nec praeter rem hoc Danis vitio fuisse versus, quisquam negabit, vel salva fronte urget, Daniae Regem, licet fucum humanitatis facto suo praetenderit, recte fecisse, dum negotiis aulae Suecicae domesticis se immisceret, & Suecano nomini maculam inhumanitatis vel iniquitatis saltem ex obliquo aspergeret (d). Deportationem vero Reginae in Daniam inter praecipuas belli, ista tempestate exorti, causas non fuisse relatum, vel inde patet, cum quod Sueci reditum Reginae in patriam non postularent, post varias cum Danis & Brandenburgensibus negotiationes ei in sui sustentationem 30000 thal. Imper. ubicunque viveret, quovis anno concedentes, tum quod in Pace Broem-  
 febro-



febroenſi, An. 1645 inita, & qua gravaminibus Sue-  
 corum a Danis fuit ſatisfactum, ne ulla quidem Re-  
 ginæ Viduæ fiat mentio, quæ etjam uſque ad An.  
 1649, Suecis haud ingratiis, in Dania permanſit. Ex  
 quibus omnibus in unum collectis argumentis conclu-  
 dere licet, cauſas diſceſſus Reginæ Viduæ **MARIÆ**  
**ELEONORÆ** e Suecia in exulcerato Principis hu-  
 jus, magnæ quidem, ſed feminæ tamen, animo eſſe  
 quaerendas.

- (a) Vid. *PUFENDORFII libr. citat. p. m. 432.* (b) Vid.  
*Libr. & Tom. citat. p. 62 & 63.* (c) De Feziali Sue-  
 cico, Nicolao Lindegren, Danis bellum indicturo,  
 ac proinde in Daniam miſto, vide *Appendicem ad*  
*Diſſert. N. R. BROOCMANNI de Jure Legatorum Sa-*  
*gatorum.* adde *L. HOLLBERGII Dániſche Reichs Hi-*  
*ſtorie Tom. II. p. 867.* (d) Graviter in Danos ob ab-  
 ductam Reginam invehitur *J. H. BOECLERUS in*  
*Hiſtoria Belli Sueco-Danici p. 54.*

S. D. G.

---